

- mittendi, licet opus esset recedere à propria verborum significatione.
- 8 A propria verborum significatione non est recedendum, nisi manifestè de contraria Testatoris voluntate aliunde appareat.
- 9 Verba & sic tanquam restrictiva operantur, ut subsecutio etiam oratio restringatur.
- 10 Clausula de gradu non importat novam ac diversam vocationem ab expressa, nec ullam addit qualitatem vocati.
- 11 Verba & sic non se habent restrictivè quoties sequens oratio est pinguis, ac magis lata.
- 12 Amplitudo orationis subsequens operatur ut etiam pars conditionalis, quæ recipit declarationem à dispositiva, nullam ab ipsa recipiat restrictionem.
- 13 In fideicommissis conditis pro conservatione Agnationis non veniunt masculi ex femina appellatione filiorum, & descendenti masculinorum.
- 14 Ratio agnationis non præsumitur habita, nisi sit à Testatore expressa.
- 15 Et ab hac regula non receditur, nisi conjecturæ sint undequaque claræ, & evidentes.
- 16 Qualitas masculinitatis in omnibus vocatis requisita operatur, ut succedens debeat habere qualitatem masculinitatis, sed extra non infertur ad qualitatem agnationis.
- 17 Et importat solum prædicationem sexus, non autem Agnationis rationem.
- 18 Onus deferendi cognomen, & insignia, non importat contemplationem agnationis, si Testator promiscue agnatos veros, & agnatos fidos vocaverit.
- 19 Prædictum onus cum possit adimpleri per masculos ex feminis, non importat illorum exclusionem in substitutione facta favore filiorum, & descendenti masculinorum.
- 20 Prohibitio alienationis non importat votum conservandi Agnationem, si in ea apposita fuerit ratio, ut bona conserventur integrè in iustitiis, & substitutis.
- 21 Ex quo Testator non injunxit onus delationis Cognominis, filius masculus feminarum, prout injunxit aliis descendenti ex femina vocatis in alia substitutione non inde dicuntur exclusi si Testator usus fuerit verbis aptis illos comprehendendi.
- 22 Onus delationis cognominis in una substitutione appositum in alia quoque tacita censetur volitum.
- 23 Est absurdum quod quis dicatur sibi ipsi substitutus.
- 24 Donec extat unus ex genere vocatorum, non dicitur substitutus purificatus favore aliorum.
- 25 Masculi ex femina proximiorè ultimi possessoris, sunt alii preferendi.

DECISIO XIV.

**H**ieronymus Ballatinus, instituto sibi hæredè Francisci filio adoptivo, si ve arrogato, illi quandocumque decedenti substituit ejus filios masculos ex legitima uxore natos, & deinceps Nepotes, alioque descendentes similibus qualitatibus in infinitum de gradu in gradum, in stirpes, & non in Capita, salva semper gradu prærogativa, vulgariter pupillariter, ac per fideicommissum, & ex testamento impresso liti. A.

Moriens verò d. Franciscus absque filiis, ac descendenti prædicti, si ve cum illis, qui pariter decederent sine similibus filiis, ac descendenti, & si ex tunc linea, ac descendencia d. Francisci, ejusque filiorum Nepotum, ac descendenti natorum ex legitimo matrimonio, ultimo illorum substituit filios Naturales ejusdem Francisci, masculos tamen, eorumque filios, Nepotes, ac descendentes masculos, & per lineam masculinam ex legitimo matrimonio natos in infinitum ex eodem Testamento liti. B.

Non extantibus verò filiis naturalibus masculis, ut supra, seu eorum linea, & descendencia supradicta totaliter terminata, vocavit omnes filios masculos natos, & nascituros ex legitimo matrimonio ex filiabus feminis legitimis, & naturalibus d. Francisci, eorumque descendentes in infinitum natos ex legitimo matrimonio, masculos tamen, & per lineam masculinam, onere eis injuncto assumendi cognomen & insignia familie Ballatinæ, d. Testamento liti. C.

Insuper idem Testator in casu, quo Franciscus hæres non haberet necque masculos, neque feminas, seu quod illorum descendencia modo, quo supra extinguitur remaneret, eo inquam casu substituit Antonium Ballatinum suum consan-

guineum, ejusque filios masculos natos de legitimo matrimonio, ac nepotes, & descendentes similes per lineam masculinam de gradu in gradum d. Testamento liti. D. Et eo, ac illis non extantibus, seu eorum linea, ac descendencia omnino terminata, vocavit filium masculum descendenti per lineam masculinam ex filiabus feminis legitimis, & naturalibus ejusdem Antonii forte extrahendam, quatenus plures extarent, ea lege, ut filio primo nascituro imponeretur nomen Hieronymi, & vocaretur de Ballatinis, & successivè substituit ejusdem primogeniti filios, nepotes & descendentes masculos de legitimo matrimonio, cum onere gestandi cognomen, & arma familie Ballatinæ, justique extractionem renovari toties, quoties eveniret casus terminationis lineæ masculinæ masculi jam admitti, seu extracti, donec duraverit linea, ac descendencia masculina ex masculis ex legitimo matrimonio filiarum dicti Antonii, ut ex eodem Testamento liti. E.

Finitis demum ac totaliter extinctis lineis prædictorum Francisci, ejusque filiorum, & filiarum, ac simili modo Antonii, ejusque pariter filiorum, ac filiarum modo supra, idem Testator substituit unum ex filiis, Nepotibus, & descendenti masculis natis similiter de legitimo matrimonio, & per lineam masculinam Jo: Baptista Casappi uxorem non habentibus forte extrahendum, quem voluit, quamprimum uxorem ducere, cum onere imponendi ejus primo filio nascituro nomen Hieronymi, & ferendi cognomen & insignia de Ballatinis, vocando successivè ejusdem Primogeniti filios, Nepotes, & descendentes qualitatem, de quibus supra, & ubi nullus extaret ex filiis masculis d. Jo: Baptista Casappi, vocavit unum ex filiis, & descendenti masculis de legitimo matrimonio natis Aloysii Saraceni forte pariter extrahendum, servato eodem ordine succedendi, ac qualitatis, & oneris supra expressis.

Et demum quia ejus intentio erit, ut ipse expressit, quod omnia ejus bona conserventur in iustitiis, substitutis, & vocatis, ut supra integrè, & absque ulla diminutione, ideò expressè prohibuit eorum alienationem.

Cum autem ex Franciscò hæredes superflites extiterint Philippus filius masculus, qui in fideicommissis successit, & Helena femina, ac postea decesserit Philippus, nullis relictiis masculis, sed quatuor filiabus feminis, ex quibus tunc nati erant Baptista, & Afcarius, & alii filii masculi, & respectivè ex Helena natus esset Cæsar de Marfiliis. Hinc ille pretendens ad sui favorem purificatum fideicommissum, intentato judicio immisionis cor. Prolegato Bononiæ favorabilem sententiam reportavit, à qua per appellationem causa ad Romam delata, & dato dubio, an sit danda immissio, & respectivè, an loco immisionis dandum sit mandatum de reintegrando, Domini negativè in omnibus responderunt.

Fundamenti resolutionis fuit in eo, quod nondum aperta est substitutio ad favorem Cæsaris filii Helene ob existentiam filiorum masculorum descendenti à Philippo ultimo gravato, qui licet nati ex ejus filiabus feminis, eorum tamen vocatio resultat, nedum ex ipsa dispositiva Testamenti, ubi Franciscò hæredes substituitur, sed etiam ex illi suo decessu, & alii descendenti de simul qualitatibus d. tunc sui filiorum in infinitum de gradu. Sub quo nomine filiorum, & descendenti veniunt tam masculi ex masculis, quam masculi ex feminis iuxta regulam traditam à Fulgoc. conf. 58. Bellon. Jun. conf. 72. n. 22. & seg. Valent. conf. 97. n. 26. & seg. l. 1. Giovannon. conf. 11. n. 43. 44. l. 1. Mart. de success. legal. p. 1. q. 1. art. 2. n. 1. 2. latissime Castill. contr. l. 5. c. 129. n. 5. & per tot. c. 130. n. 5. & c. 131. n. 1. & seg. Card. de Luc. de fideic. disc. 24. n. 5. alter de Luca de linea legal. l. 2. art. 76. n. 2. Rot. cor. Cervo dec. 88. n. 2. dec. 88. n. 1. cor. Priolo dec. 402. n. 27. & seg. p. 9. dec. 183. n. 4. p. 17. rec. præsertim cessante pro hic, concursu masculorum ex masculo Cephal. conf. 185. n. 5. Ruin. conf. 120. n. 9. lib. 1. Mant. de tacit. & ambig. l. 22. tit. 16. n. 13. & seg. Item illa regula, Rota coram Card. Cervo dec. 682. n. 7. & seg. & dec. 84. n. 12. p. 10. rec. 2.

Verum etiam apertius ex parte conditionalis his verbis exarata. E mancando detto M. Francesco senza figlioli, e descendenti predetti overo con detti figlioli, e descendenti, si quali ancor essi mancino senza figlioli, e descendenti, e così si finisca la linea, e descendencia di detto M. Francesco berede della suoi figlioli, Nepoti, e descendenti nati di legitimo matrimonio, substituit, &c. Cùm enim Testator non contentus ponere in conditione filios & descendentes masculos, quos supra vocaverat, progreditur ultra injungendo terminationem,

nem, & descendenti ejusdem Francisci, ac ejus filiorum, & descendenti natorum ex legitimo matrimonio priusquam admittantur substituti, utique non est dubitandum, quin voluerit comprehendere etiam filios masculorum, ex feminis cum illi dicantur de linea, & descendencia vocatorum, Card. de Luc. de fideic. disc. 25. n. 16. Rot. cor. Merlin. dec. 66. n. 2. dec. 383. n. 3. cor. Sen. me. Greg. dec. 885. n. 3. cor. Card. Cervo dec. 27. n. 2. & dec. 164. n. 6. par. 18. rec. 4. quæ non possunt dici finitæ, donec superest aliquis ab eis descendens l. 3. & l. quandum 68. ff. de acquir. hered. Grat. discip. 773. an. 1. usque ad 5. Rota dec. 151. n. 1. p. 3. & dec. 43. dec. 194. utrobique pariter n. 1. p. 14. rec.

Hinc verborum proprietate accidit etiam discretivus modus loquendi, quo usus est Testator in subsequentibus substitutionibus, in quibus vocando descendentes masculos, si ve ex filiabus feminis Francisci, si ve ex Antonio ejusque descendenti masculis, si ve ex Jo: Baptista Casappo, si ve demum ex Hieronymo Saraceno, eorumque descendenti masculis addidit semper illa verba per lineam masculinam, & nominando eorum lineam, similiter masculinitatis, qualitatem adiecit, ut liti. C. DE Jure quod cum non servaverit in vocatione descendenti masculorum Francisci hæredis, ut ei locus patebat, tam in parte dispositiva, quam in parte cognitionali, in qua multum se extendit, rectè assequitur qualitatem masculinitatis per lineam masculinam in istis consulto omisit, ut observat Castill. quotid. contr. l. 6. c. 31. n. 5. & 18. Rot. dec. 81. n. 7. p. 5. dec. 30. sub n. 9. 10. p. 14. dec. 274. n. 2. dec. 638. n. 8. p. 18. rec. & in Bonon. fideic. de Gbiffellis 17. Maii 1686. §. que quidem cor. R. P. D. Hervault.

Et sane aliter dici non potest, quia alias sequeretur maximum absurdum, quod nempe Testator, qui masculos ex filiabus Francisci vocavit, necnon masculos ex filiabus Antonii, & alios ex Casappo, & Saraceno, qui erant de aliena familia, voluerit a fideicommissis excludere descendentes masculos ex filiabus masculorum Francisci hæredis prædicti dum & ipsi que bene adimplere poterant votum Testatoris in differendo ejus cognomen, & insignia, ut erat aliis injunctum. Quod absurdum tanquam repugnans verisimili menti Testatoris non est admittendum, ut in his terminis dixit Rot. cor. Card. Cervo dec. 88. n. 15. 16. & dec. 30. n. 15. dec. 123. n. 9. & seg. p. 14. dec. 132. n. 20. 21. p. 16. dec. 69. n. 5. & 23. p. 17. etiam opus esset recedere a propria verborum significatione ut in facti specie respondit Rota in Bononien. fideic. de Gbiffellis 24. Januarii 1685. §. prædicta & 17. Maii 1686. §. finali cor. R. P. D. Hervault nuper impress. post Hervon. Palm. alleg. 223. 224. tom. 3. & multo magis, quia illud eveniret, ex quo ab eadem verborum propria significatione recederetur, que semper est attendenda, nisi manifestè de contraria Testatoris voluntate aliunde appareat, Ruin. conf. 120. sub n. 8. lib. 1. Castill. quotid. contr. d. c. 31. sub n. 2. vers. ex bis eisdem Mant. consil. 198. n. 9. & seg. Mant. de conjec. ult. vol. lib. 8. tit. 18. n. 20.

Hinc non obstat, quod Testator, tam in parte dispositiva Testamenti, quam in parte conditionali senerit de solis masculis ex masculis ex eo quod in prima post vocatione masculorum adiecit clausulam de gradu in gradum, & in altera, illa alia verba & sic, que tanquam restrictiva operetur ut subsequentes oratio restringatur ad solos masculos ex masculis superius in dispositiva vocatos Rot. dec. 95. n. 2. p. 11. rec.

Quoniam clausula de gradu in gradum non importat novam, ac diversam vocationem ab expressa, nec ullam addit qualitatem vocatis, sed volummodo designat ordinem, & modum succedendi inter illos ad excludendam simultaneam successorem ut notat Mart. de success. legal. p. 4. q. 21. art. 1. n. 28. & seg. Marzar. in epis. fideic. l. 2. q. 16. in prin. Larrea dec. 24. n. 4. vers. id vero, ubi quod magis ordinem succedendi, quam aliorum inhabilitatem ostendit. Mart. Medic. dec. Senen. l. 1. n. 55. Rot. dec. 465. n. 11. 12. p. 13. rec. A. lia vero verba & sic non se habent restrictivè quoties ut hic sequens oratio est pinguis, ac magis lata comprehendens indefinitè lineam, ac descendenti, ejusque, finem, sed tunc tantum ampliativè & argumentativè, Bero conf. 37. n. 16. vol. 2. & magis præcisè Rot. Ferrar. in dec. impressa penes Giovagnon. post conf. 85. n. 67. cum tribus segg. l. 1. quæ amplius operatur etiam ut pars conditionalis quæ alias recedat declarationem a dispositiva, nullam ab ipsa recipiat restrictionem, sed verum lineam ab ipso operetur in sui latitudine, ut in his terminis observat Palm. Jun. alleg. 221. sub n. 70. 71. 10. 3. & adde dec. 266. n. 1. cor. Carill. & admitt. Rot. illam declarando in dec. 207. n. 5. p. 16. & in Carpentone Decis. ad Theatr. de Luca. Vol. II.

raten. hereditatis seu fideic. 14. Martii 1687. §. ultra quod cor. R. P. D. Molines & facit dec. 514. n. 4. 5. p. 5. rec.

Minus subsistit, quod prædicta Testatoris dispositio condita fuit pro conservatione ejus agnationis, in quo casu verbi illis suapte Natura communibus masculi ex femina non comprehenduntur, sed de solis masculis ex masculo, per quos agnatio conservatur, intelligi debent, Castill. quotid. contr. lib. 3. c. 29. n. 6. 12. & 23. Rot. dec. 95. n. 16. p. 11. & dec. 269. n. 8. p. 15. & dec. 69. n. 19. & seg. p. 17. rec.

Etenim ne expressè, nec tacite habita appareat ratio agnationis, non quidem expressè, quia nullibi de ea fit mentio, & tamen non præsumitur nisi sit à Testatore expressa, Rota dec. 282. sub n. 4. vers. quod autem p. 2. & dec. 156. n. 13. par. 5. & dec. 267. n. 14. p. 11. rec.

Non tacite, quia conjecturæ ad id cumulatæ nullatenus stringunt, cum ad effectum recedendi a regula, & ad hoc ut excludantur personæ quæ sub verborum proprietate continentur, debeat esse undequaque clara, & evidentes, ut bene Fulgoc. in alleg. conf. 85. n. 2. iuxta fin. Valenzuel. conf. 97. n. 71. 72. 73. vol. 1. Castill. d. c. 129. sub num. 40. lib. 6. Rota dec. 485. n. 3. p. 4. & dec. 144. n. 3. p. 7. & dec. 638. n. 4. par. 18. rec.

Tale equidem visum non sunt, quæ ab informantibus pro Cæsare fuerunt ponderate, prima namque deducta ex qualitate Masculinitatis in omnibus vocatis requisita, operatur quidem, ut succedens debeat habere qualitatem masculinitatis, sed ex ea non infertur ad qualitatem agnationis, atretà differentia, que modicè intercedit inter unum, & alteram qualitatem, ut notat Mant. conf. 198. n. 15. 16. 10. 2. Rot. dec. 667. n. 10. p. 2. & dec. 279. n. 20. 21. p. 6. rec. & importat solum prædicationem sexus, non autem rationem agnationis, Casanat. conf. 28. n. 9. Castill. quotid. contr. lib. 6. d. c. 129. n. 4. & seg. Rota cor. Sevap. dec. 1216. n. 6. in rec. dec. 160. n. 15. p. 10. dec. 493. n. 3. p. 13. & dec. 349. n. 19. p. 19. rec.

Altera verò elicitæ ex onere injuncto masculinis femininarum & alias de aliena familia assumendi cognomen & insignia Ballatina non præstat in præsertim argumetum pro contemplatione agnationis cum Testator non præterlit prius omnes agnatos, qui deserent ipsius nomen & arma; Sed promiscue agnatos veros, & agnatos fidos vocavit; Immo alios veros agnatos, ut erat Frater Francisci hæredis penitus omisit substituendo extraneos, quo casu non dicitur contemplata agnatio, sed solum injunctum onus, & simplex delatio nominis, & armorum, ut observat Mart. conf. 61. n. 18. penè Altogr. conf. 66. n. 60. & seg. lib. 2. & optimè Rota dec. 194. sub num. 7. vers. Primogenitura par. 14. rec. & Bononien. fideic. de Gbiffellis 24. Januarii 1685. §. ac secus & 17. Maii 1686. §. similemque cor. R. P. D. Hervault. & in illarum Confirmatoria 4. Julii 1687. §. non urgente in fine coram R. P. D. Caccia, n. 2. cum æquè bene melius adimpleri possit per reos conventos uti proximiores natos ex femina ultimi possessoris masculi, non impedit, quin ipsi veniant appellatione filiorum & descendenti masculinorum, ut plenè tradit Altograd. d. conf. 66. num. 63. & seg. Palm. Jun. conf. 221. num. 61. Larrea dec. 35. n. 49. Rota dec. 6. p. 1. divers. Card. Cerrus dec. 628. n. 9. & dec. 702. n. 6. & seg. Rot. in rec. dec. 463. n. 7. p. 13. dec. 132. n. 22. & 24. par. 16. & supra allegatis Bononien. fideic. de Gbiffellis in locis proximè indicatis.

Postrema demum conjectura desumpta ex prohibitione alienationis bonorum nil operatur in præserti, ubi Testator ad illa devenit ea præmissa ratione, quia ejus intentio erat, ut omnia ejus bona conserventur in iustitiis, & substitutis integrè, & absque ulla diminutione d. Testamento liti. G. quæ ratio expressa cum respiciat integritatem bonorum, ac eorum permanentiam in vocatis, ea solum dicitur præ oculis habita à Testatore, non autem ratio agnationis, Mant. conf. 199. n. 18. & 19. 10. 2. & optimè Palm. Jun. d. alleg. 221. n. 32. & 82. 10. 3. Rota d. dec. 194. num. 7. vers. Primogenitura & sub n. 8. vers. fortius autem p. 14. rec.

Nec iterum ad excludendum vocationem masculorum ex filiabus feminis Philippi ultimi masculi obstat ponderatio, quod si Testator voluisset eos comprehendere in prima substitutione, injunxit illis ipso quoque onus delationis Cognominis, & armorum, ut injunxit aliis filiis masculis feminarum Francisci, & Antonii post defectum eorum lineam masculinam, & similiter ulterioribus vocatis de aliena familia. Quoniam non inde inferitur, quod eos vocare noluerit, quia dum usus est verbis aptis illos comprehendere, vel censeri debet dictum onus, quoad ipsos consulto omisit, ut filii fir-



matum in supradicta Bononien. fideic. de Ghisellis 17 Junii 1686. §. similis in principio & §. verum R. P. D. Her...

Minus substituit alterum obiectum, quod nempe filii masculi femininarum habentium speciale substitutionem, ut in allegato Testamento lrr. C. & proinde comprehend...

Quoniam duplex genus masculorum ex feminis consideravit Testator, Unum immediatum, qui de gradu in gradu ordine successivo succedere possunt, & hos substituit in locis supra allegatis §. fundamentum, & §. verum. Alterum vero dependentie masculinis ex feminis mediatum, ad quod fieri debebat transitus, defecta linea masculina Francis...

non potest dici purificata substitutio ad favorem Cesaris de eodem secundo genere masculorum, upote nati ex Helena filia Francisconi dum extant rei conventi de linea & descendencia filiorum masculorum ejusdem Francisconi primi generis, tanquam nati ex filiabus Philippi ultimi masculi Francisconi ex Jadio §. si quis autem ff. ad Trebell. l. unie. §. si autem; C. de caduc. toll. Surd. conf. 577. sub nu. 15. vers. in tantum Rota coram Cocino dec. 1830. nu. 1. & dec. 251. n. 1. coram Priolo dec. 524. n. 10. p. 18. rec.

Verum quatenus etiam in praedicta Testamento parte sub nomine masculorum filiarum femininarum Francisconi dici possent comprehendere omnes masculi, tam ex mediatis, quam ex immediatis illius filiabus; Semper tamen debita foret praelatio masculis ex filiabus Philippi in concursu masculorum Helenae ejus Sororis, cum sint proximiores, & dependentes ultimi possessoris, ut in his terminis ratiocinatur Card. de Luca de fideic. d. 480. n. 11. l. 2. Altgor. conf. 92. sub n. 34. vers. secundum sublimit. lib. 2. Rat. d. 681. n. 2. & 3. p. 2. ac d. 96. n. 37. usque ad 42. par. 17. rec.

Et ita, resoluta etiam ex his altera parte dubii, decisum fuit, Partibus hinc inde informantibus.

R. P. D. MOLINES.

Romana Fideicommissi de Martellis,

Vener. 21. Februarii 1698.

ARGUMENTUM.

Expeditur eadem sententia quod sub nomine descendencium masculorum includantur masculi ex femina.

SUMMARIUM.

- 1 Immissio fideicommissario non denegatur.
2 Quis praesumitur absque filiis decessisse, nisi contrarium probetur.
3 Appellatione filiorum, seu Nepotum masculorum indifferenter admittuntur tam masculi ex masculis, quam masculi ex feminis.
4 Qualitas masculinitatis inter personas diversis gradibus nunquam censetur repetita.
5 Appellatio nomine vocati censetur tantum per vulgarem substituiti.
6 Vulgariter substituitur subingreditur in locum ejus, qui nolle, aut non possit ob ejus mortem succedere.
7 Substitutio comprehendit inter personas diversis gradibus facta est apta comprehendere compendiosam, etiam absque verbo quodcumque.
8 In compendiosa substitutione continetur vulgaris anomalia, cujus virtute vulgariter substituitur subingreditur in locum gradus caducati, perinde ac si fuisset immediate substituitus.
9 De natura subrogatorum est ut sortiantur eandem naturam eorum in quorum locum subrogantur.
10 In vim clausulae Constituiti datur associatio.
11 Filiatio probatur ex enunciativa emissa in Testamento, in quo quis filius enunciatur, etique referretur legitima.

Ubi alias in hac causa subscriptum An sit danda immisio, & respectu officiorum, hodie informantem tantum Jo. Francisco Morello propoliti, & Domini illud affirmative resolverunt ob concursum omnium requisitorum, quae sunt fideicommissaria necessaria pro obtinenda petita immisione in vim l. fin. C. de edit. D. Adr. toll.

De existentia enim fideicommissi ejusque purificatione visum est constare ex lectura Testamenti q. Camilli Martelli, qui post institutum suum heredem universalem Antonium Marianum, quatenus mori contigisset sine filiis eidem, & ejusdem Antonii filiis substituit, & succedere voluit Jo. Baptistam de Octavianis, ac ejus filios masculos Nepotes, & Pronepotes quomolibet cum d. Antonius decesseret abique filiis, prout etiam praesertim nisi contrarium probetur ad tradita per Rot. cor. Duran. dec. 301. n. 5. & dec. 408. n. 4. cor. Marlin. dec. 107. n. 1. & dec. 460. n. 28. p. 7. rec. nequit in dubium revocari quoniam fideicommissum purificatum remanserit favore Jo. Francisconi Morelli nepotis ex d. Jo. Baptistae de Octavianis primi substituiti quamvis descendat per medium foemininum; quia cessante contemplatione agnationis absolutum est hodie in jure quod appellatio filiorum, seu Nepotum masculorum indifferenter admittuntur tam masculi ex masculis, quam masculi ex feminis, juxta famigeratum Consilium Fulgor. 85. & passim in nostro Tribunali receptum ut videre est coram Cerro dec. 885. n. 2. cor. Bich. dec. 52. n. 21. cor. Priolo dec. 283. n. 1. dec. 132. n. 14. par. 16. & in Bononien. fideicommissi de Ballantini 3. Junii 1689. §. Altera vero coram R. P. D. meo Caprara & in Romana fideicommissi 8. Martii 1697. §. data vero cor. Rev. meo Decano.

Fortius quia vocatio Nepotum, & Pronepotum est abique qualitate masculinitatis, quae inter personas diversi gradus nunquam censetur repetita ut reprobat Abb. in conf. 30. lib. 1. praevalet in judicando opinio Anan. conf. 22. quorum sequaces refert Fular. de substitut. q. 403. sub n. 6. & conf. 66. n. 3. Castill. contro. juris lib. 2. c. 4. a. n. 25. cum seqq. Adde. ad Buratt. dec. 272. n. 19. Rot. cor. Gregor. dec. 514. n. 6. & dec. 170. n. 5. & 50. par. 14. dec. 638. n. 5. p. 18. 4 dec. 122. n. 3. 4. p. 19. rec.

Nec fideicommissum, seu substitutio dici potest caducata ex quo Joan. Baptista de Octavianis praedecessit Antonio Mariano heredi instituto quia tam in casu obitus ejusdem haereditis sine filiis copulativè Testator vocaverit Jo. Baptistam ejusque filios masculos Nepotes, & Pronepotes omnes isti censentur vocati ordine successivo, idest per vulgarem just. Theoricam Cumani in l. Gallus §. Quidnam sub n. 8. ff. de liber. & posthum. Menoch. conf. 85. n. 79. Andreol. contro. 68. n. 20. & seq. Fular. de substitut. q. 382. n. 1. Card. de Luca de fideic. disp. 91. n. 3. Manf. consilii. 131. n. 11. Tondut. resol. civ. 125. n. 15. Rot. 284. n. 78. rec. & in Romana, seu Januen. Bonorum 10. Decemb. 1696. §. certius cor. me.

Ideoq; praedecessus primi substituiti nihil officit, sed operatur ut vocati per vulgarem subingrediantur in locum ejus qui nolle, aut non possit ob ejus mortem succedere Imola in l. quamvis ff. de acq. haered. Corn. conf. 180. col. 4. nu. 4. Gabr. conf. 95. n. 19. Perez. de fideic. art. 15. n. 12. Rot. cor. Bich. dec. 548. n. 1. & in d. Rom. seu Janue. Bonor. d. certius cor. me.

Indubitanter quia d. substitutio Jo. Baptistae legitur facta verbis communibus, & sub mentione mortis Antonii hereditis instituti sine filiis que cum sit apta comprehendere compendiosam etiam abique illo verbo quodcumque Bart. in l. Centurio n. 9. ff. de vulg. & pupill. substitut. Perez. de fideic. art. 24. n. 9. Rot. cor. Bich. dec. 548. n. 2. sequitur quod in ea continetur vulgaris anomalia, cujus virtus est, ut per praedecessum dist. Jo. Baptistae dici quidem possit caducatus ejus gradus non autem substitutio facta in casu obitus haereditis gravati sine filiis, itaut ob purificatum conditionem rectè hodie Jo. Franciscus Morellus peti sibi restitui nonna fideicommissaria tanquam subingressus in locum gradus caducati perinde, ac si immediate fuisset substituitus heredi gravato juxta Theoricam Bart. in l. quamvis ff. de acq. haered. Peregr. de fideic. art. 15. n. 14. Rot. d. 548. n. 7. & plenius d. 17. n. 6. ad 14. cor. Bich. & in puncto d. 162. n. 6. p. 16. rec. & in Macerat. fideic. 29. Januarii 1691. §. de vocacione cor. Benincasa cum aliis pleno calamo relatis in l. Rom. seu Janu. Bonorum 5. Tum etiam quia cor. me.

Identitas bonorum similiter patuit ex datis, in Summ. num. 8. & 9. Nam respectu Domus ad quam petitur immisio...

is ista fuit subrogata in locum domus fideicommissariae cum expressio quod remanere debet obnoxia omnibus vinculis, & signanter fideicommissio, de quo agitur, unde dubitari nequit, quin reputanda sit fideicommissaria ex regula subrogatorum, quae fortitur eandem naturam eorum in quorum loco subrogatur, Grat. disp. 980. n. 22. Barbof. axio. Jur. 2. 3. per tot. & in puncto casus nostri, Rot. d. 7. n. 3. cor. Ninot. & d. 385. n. 18. cor. Peutin. & d. 226. n. 15. p. 16. rec.

Respectu vero Census fecit 200. iste ex lectura instrumenti impositionis est pariter fideicommissarius cum fuerit creatus per Clarum Alcornianum favore Camilli Martelli fideicommissitens, unde super eo nedum competit immisio verum etiam pro fructibus illius est danda associatio super fundis censitis vigore clausulae constituti in d. instrumenti impositionis impositae, Rot. dec. 542. n. post Cenc. de Cens. & cor. Bichio dec. 301. nu. 1. cum plurib. seqq. & dec. 318. n. 1. p. 19. rec.

Demum legitimatio d. Jo. Francisconi Morelli tanquam Nepotis Jo. Baptistae de Octavianis probatur tum quia iste reliquit jure legati d. Jo. Francisconi, & Catharinae filii Hieronymi Testatoris filios duas Apothecas, ac instituit universaliter haeredem eandem Hieronymam filiam, ut ex testamento dato in d. Sum. n. 4. Tum quia d. Hieronyma in donatione facta favore Ursini filii ex secundo matrimonio reservavit legitimam ipsi Jo. Franciscono Morello uti filio ex primo matrimonio ex quibus actibus satis super; dicitur probata legitimatio personae ad tradita in puncto per Rot. cor. Bichio d. 434. n. 2. 3. & 4. Ibi; concordantes sicq; confitit de existentia fideicommissi ejusque purificatione, bonorum identitate, & legitimatio personae, rectè fuit hodie concessa petiti immisio, & respectivè associatio.

Et ita Informante tantum Joanne Franciscono Morello resolutum fuit.

R. P. D. MOLINES.

Romana Fideicommissi de Martellis.

Luna 23. Januarii 1698.

ARGUMENTUM.

Approbat superius firmata.

SUMMARIUM.

- 1 Appellatione masculorum veniunt tam masculi ex masculis quam masculi ex feminis.
2 Qualitas masculinitatis inter Personas diversis gradibus nunquam censetur repetita.
3 Caducatio primo gradu substitutionis subsequentes exprimit.
4 Limitatur quoties ceteri substituiti fuerint vocati per vulgarem.
5 Substitutio facta cum commemoratione mortis dicitur compendiosa licet deficiat verbum quodcumque.
6 Et in ea continetur vulgaris anomalia per quam substituitus subintrat in locum gradus caducati cum eodem onere restituendi.
7 Lex subrogata assumi naturam ejus in cujus locum sit subrogatio.
8 Ex quibus probetur identitas.
9 In vim clausulae constituti datur associatio.
10 Lis praescriptio interrumptis.
11 Immissio concurrentibus vulgaris requisitis fideicommissario conceditur.

DECISIO XVI.

Inherentis Domini fundamentis adductis in praeterita Injuria causae decisione edite sub die 21. Februarii currentis anni censuerunt esse perfundum in decisio non obstante petita dilacione ex parte Reorum Conventorum, quia clara iterum apparuerunt omnia requisita necessaria, quibus concessa fuit immisio, & respectivè associatio Jo. Franciscono Morello tanquam vocato ad fideicommissum ordinatum a quondam Camillo de Martellis.

Cum enim ipse in suo ultimo, cum quo decessit, elogio instituerit suum universalem haeredem Antonium Marianum cum substitutione post obitum dicti haereditis instituti, ejusque filiorum favore Joannis Baptistae de Octavianis, ac ejus filiorum masculorum, Nepotum, & Pronepotum; Ex Decis. ad Theatr. de Luca. Vol. II.

hac dispositione visum est constare de existentia fideicommissi, ut de se patet; Cumque praefatus Antonius haeres institutus diem clausuræ extremum sine filiis superstitibus Joan. Franciscono Morello Nepote ex filia d. Joannis Baptistae de Octavianis primi substituiti non est ambigendum, quin evenerit Casus purificationis fideicommissi favore dicti Joan. Francisconi Morelli, quamvis descendat per medium foemininum, quoniam absolutum est in Jure hodie, quod quando prout in praesenti hypothese nulla occurrit agnitionis Contemplatio semper appellatio filiorum, seu Nepotum masculorum indifferenter admittuntur tam masculi ex masculis, quam masculi ex foeminis juxta notissimum consilium Fulgor. 85. Communiter a Doctõribus, & in nostro Tribunali receptum ut praeter doctrinam in praeterita decisione relatas tradunt Bellon. Jun. conf. 72. n. 21. Alciat. conf. 104. n. 1. Redenasc. conf. 10. n. 17. Rot. cor. Cerr. dec. 885. n. 2. & in Bononien. Fideic. de Ghisellis 17. Junii 1697. §. que communis regula coram me.

Potissimum quia ex lectura Testamenti patuit, quod qualitas masculinitatis fuit dumtaxat adjecta filii Joan. Baptistae de Octavianis primi substituiti, non autem ejus nepotibus, & pronepotibus à Testatore vocatis; ex quo fit, ut d. qualitas masculinitatis inter personas diversi gradus nunquam censetur repetita, Adde. ad Buratt. dec. 272. n. 19. vers. etiam, & cor. Cerr. dec. 682. n. 5. & in rec. dec. 58. n. 5. p. 5. & dec. 144. n. 4. p. 7. & dec. 80. n. 7. p. 19.

Nec ex eo quod Joannes Baptista de Octavianis primus substituitus praedecessit Antonio Mariano heredi instituto dici debet caducata praedicta substitutio; Nam non verumur in casu plurium substitutionum inter se per modum fideicommissi dependentium, quo Casu caducato primo gradu substitutionis subsequentes etiam ex parte per Text. in l. penult. ff. de vulg. & pupill. Roland. conf. 55. nu. 57. lib. 3. Gabr. conf. 95. nu. 17. & seq. lib. 1. & novissime distinguendo firmavit Rota in Interamen. fideicommissi 26. Junii 1697. §. finali cor. Pio, sed sumus in casu quod decedente Antonio haerede instituto sine filiis non solum fuit substituitus d. Jo. Baptista, sed etiam per copulativam, & legitur vocati ejus filii masculi, Nepotes, & Pronepotes per vulgarem juxta doctrinam relatas in d. decisione, quae confirmatur, §. Nec fideicommissum. Undè praedecessus primi substituiti non officit, sed operatur ut vocati per vulgarem sub ingrediantur in locum primi substituiti, qui noluisse aut non potuisse per ejus praemortem succedere, optimè Rot. cor. Bich. dec. 548. n. 1.

Eoque fortius quia animadvertentur Domini d. substitutionem fuisse conceptam sub indefinita mentionem mortis haereditis Instituti sine filiis quae dicitur etiam Compendiosa, quamvis non fuerit adjectum verbum, quodcumque juxta doctrinam Bartol. in l. Centur. n. 16. ff. de vulg. ibique Alex. n. 27. Grat. disp. forens. 405. n. 1. Fular. de substitut. q. 233. Surd. dec. 37. n. 8. Rota cor. Bich. dec. 57. n. 6. 7. quae compendiosa cum inter alia comprehendat etiam illam substitutionem, quam vocat vulgarem anomalam, est certum, quod virtute istius praefatus Jo. Franciscono Morellus ob purificationem Conditionis adjectae haerediti instituto succedit ad fideicommissum ex propria persona subintrando in locum Jo. Baptistae perinde ac si ille supervivisset, & successisset cum eodem onere restituendi ulterioribus substituitis juxta celeberram Theoricam Bart. in l. quamvis nu. 10. ff. de acq. haereditate Socc. Jun. conf. 42. n. 16. & 20. Cephal. conf. 620. n. 30. Surd. conf. 375. n. 16. Rot. cor. Cello dec. 388. n. 10. & dec. 227. n. 3. p. 8. & dec. 427. n. 2. p. 4. & dec. 353. n. 2. & 3. p. 15. rec. cum aliis cumulatim in decisione, quae confirmatur §. Indubitanter.

Posita igitur existentia fideicommissi, ejusque purificatione, quatenus attinet ad identitatem domus super qua petitur immisio, iterum visa est resultare ex eo, quod subrogata legitur per publicum Instrumentum in locum alterius domus fideicommissariae per haeredem gravatum alienatæ, sicque intrat regula, quod res subrogata fortitur eandem naturam ejus, in cujus locum subrogatur, et demque vinculis remanet obnoxia juxta vulgatum Juris axioma desumptum ex regula Text. in l. si cum §. qui injuria ff. si quis causam Rot. dec. 561. n. 4. p. 18. rec.

Abique eo quod identitas domus subrogatae offerri valeat ab expressione Vici Sabelorum, prout exprimitur in Instrumento subrogationis dato in praesenti Sum. n. 1. Quia cum ex lectura alterius Instrumenti cujusdam Concordiae initæ inter quondam Cornelium Alcornianum, & fratres SS. C 3 Apo-



Apostolorum de Urbe pariter dati in *dicto Summ. n. 2.* clare patet erronee fuisse expressum Vicum Sabellorum, quando exprimi debebat Vicus Ducis Sorae, sequitur quod aliquin concurrente verificatione aliorum consensum cum expressione Contrada, prout fuit cetera bona, sed domus adiacentes dicti Mariani heredes gravati, & subrogantibus & Contrada Peregrini in Regione Parionis, ex his duabus, sed tribus demonstrationibus recte dicitur constare de identitate, saltem in re antiqua per ea, que non infirmam firmata fuerunt in Reatina fideicommissi, 26. Februarii currentis anni, §. *Atque hinc coram me, ubi concordantes.*

Prout etiam Controversi nequit identitas Censuum scutorum 200. in forte, quia ex lectura Instrumenti impositionis conyincitur suppositus fideicommissi tanquam per Claram Alicorniam impositus favore Camilli Martelli fideicommissi; Et poinde super eo non solum competit immisio pro forte; Verum etiam pro fructibus decursis, iure merito concessa fuit associatio ad fundos Censitos in vim clausulae constituiti, ut ultra doctrina alias relatas in praecedenti decisione, §. *respectu vero firmat Rot. dec. 476. n. 2. p. 18. rec. & alia passim.*

Nec obstat opposita prescriptio elicta ex lapsu longi temporis; quia cum fuerit alias introducta lis de an. 1647. est certum, quod per dictam litem dicitur interrupta quaelibet prescriptio per Textum in l. longi temporis l. nec bona C. de prescriptio long. tempor. Rot. cor. Duran. dec. 426. n. 1. vers. per litem autem constat, et post Merl. de pign. dec. 144. n. 28.

Tandem quod attinet ad legitimationem dicti Joannis Francisci Morelli Actoris Domini pertransierunt cum probationibus relatis in praecedenti decisione §. finali, quibus attentis una cum existentia fideicommissi, ejusque purificatione, ac bonorum identitate recte iterum conclusum fuit intrare remedium vulgati Text. in l. final. Cod. de edict. Div. Adrian. toll. pro obtinenda immisione, quod competit etiam Vocatis ad fideicommissum ex notisimus.

Et ita pro secunda vice resolutum fuit informante tantum d. Joanne Francisco Morello Actore.

R. P. D. P. I. O.

Romana Fideicommissi de Moronis,

Vener. 10. Maii 1697.

ARGUMENTUM.

Quoties ex conjuncturis que in decisione enumerantur contrahit Testatorum vocavisse masculos ex masculis in fideicommissio succedere non valent masculi ex feminis, sed bona ad heredem ultimi Masculi libera transferunt.

SUMMARIUM.

- 1 **M**asculi ex Feminis nec in subsidium admittuntur fideicommissio ordinato pro masculis ex masculis.
- 2 **A**dcus bona ex Judicio Testatoris in ultimo Masculo libera dicuntur effecta, §. n. 21.
- 3 **A**ppellatione filiorum, & Descendentium Masculorum veniunt Masculi ex Feminis.
- 4 **H**ae tamen conclusio procedit si de contraria Testatoris mente minime appareat.
- 5 **M**asculi ex feminis non veniunt si Testator vocaverit filios Masculos, eorumque Prolem Masculinam, §. n. 12.
- 6 **R**ota in Romana fideicommissi 8. Martii 1697. cor. Reverendiss. Urino in qua causa procedat.
- 7 **V**erbum Proles est synonymum cum verbo generationis.
- 8 **A**ppellatione generationis masculinae non veniunt masculi ex feminis.
- 9 **V**erbum Proles comprehendit omnem descendantiam, & sic etiam masculos ex feminis.
- 10 **E**t contrarium solum admittitur, vel quoties versatur in contractu Emphyteutico, vel in casibus, qui enumerantur n. 11.
- 11 **D**ispositio, quae facta legitur favore masculorum cum digressu ad plures substitutionum gradus cum repetitione qualitatis masculinitatis, ac cum prohibitione alienationis ut bona in agnatione conserventur, censetur ordinata, sed etiam in agnatione conserventur, censetur ordinata, sed etiam in agnatione conserventur, censetur ordinata, sed etiam in agnatione conserventur, censetur ordinata.
- 12 **E**t sic ad exclusionem feminarum ad descendantiam ab eis.
- 13 **C**opula & posita inter duos diversitatem copulatorum designat.

- 16 **S**ub nomine familiae tam Agnati, quam Cognati comprehenduntur.
- 17 **E**x disjunctivo modo loquendi potest deprehendi voluntas excludendi masculos ex feminis.
- 18 **P**rimogenitura continet in se tacitam conditionem assumendi Arma & Cognomen Familiae, & ex illius institutione conyincitur Testatorum habuisse in animo Agnationis conservationem.
- 19 **V**erisimilis Testatoris mens in fideicom. totam facit.
- 20 **M**asculi ex feminis sensum exclusi si alias sequerentur absurda.

DECISIO XVII.

**R**evocata ad novum examen Testamentaria dispositio ne Julii Moroni, que sub die 8. Julii proxime preteriti fuerat cor. me interpretata ad Favorem Francisci Lazarini pro feminis descendentes a Testatore, eaque sub triplici propositione discussa tandem in hodierna Audientia, videntib. omnib. DD. responsum fuit pro recessu in decisis.

Siquidem cum memorata dispositio post filiorum institutionem, Hieronymi sc. in quadam prelegato; Joan. & Antonii in statu Clericali existentium in sola legitima Annae & Amabilis, & Angele in congruis dotebus, & deniq; Bartholomaei, & Policarpi in universa hereditate in ulteriori eius progressu concepta legatur sub his substitutionibus ibi. *Et si contingat mori, vel deficere aliquem ex praedictis filiis meis masculis hereditibus universis non suspectis sibi filiis, aut aliis descendantibus masculis substituis vulgariter, pupillariter, & per fideic. liberos masculos legitimos, & naturales, ut supra, ita quod omnes bucsque defuncti liberi una portione loco sui Parentis fruatur etc. Si vero contingat deficere omnes filios masculos heredes universales praedictos, & eorum Prolem masculinam legitimam, & naturalem, ut supra, tunc volo, quod succedant filii masculi legitimi, & naturales praefati Hieronymi filii mei etc. & si contingat mori, vel deficere aliquem ex praedictis Hieronymi filii masculi, non suspectis sibi filiis, aut aliis descendantibus masculis ut supra, tunc volo quod succedant alii filii masculi praedicti, & ipsorum filiorum defunctorum liberi, & masculi legitimi, & naturales ut supra. Si vero contingat deficere etiam omnes filios masculos praedicti Hieronymi, & eorum Prolem masculinam ut supra existantibus praedictis Joanne, & Antonio filii mei, tunc volo quod ipsi succedant in omnibus bonis ad eorum vitam tantum, quibus non succedant aequis portionibus filii primogeniti Annae, & Amabilis filiarum, quae masculorum ex feminis descendantium exclusionem praesentent, comprehendere sanè nequit Franciscum pro medio feminarum a Policarpo, & Hieronymo descendente quamvis defuncti masculi ex masculis in subsidium admitti exposulatur, cum semper illi destituta necessaria qualitate descendentes ex masculo obediunt vulgaris illa propositio, substitutio de te non loquitur, ut in terminis Rota in Romana fidei de Massolis 27. Martii 1693. §. Et ex his cor. R. P. D. meo Priolo. Et idcirco bona, quae prius fideicommissio erant obnoxia ex ipsius fideicommissi iudicio in ultimo gravato libera dicuntur effecta, ut per Text. in l. Cum Pater §. Liber. ff. de leg. 2. dicit Rot. dec. 462. n. 17. p. 14. d. 228. n. 4. cum seq. d. 410. n. 33. & seq. p. 19. Et in Romana, seu Florentina fidei 6. Martii 1684. §. Neque admissionem, & §. seq. cor. bo. me. Roldano, & in Ferrar. bonorum 11. Martii 1687. §. major. cor. Reverendiss. Ursino Decano, & in Rom. Primogenitura de Aldobrandinis 20. Junii ejusdem anni 1687. §. Ex implicita cor. eodem, & novissime in Narnien. fidei, de Capitoniibus 9. Maii 1695. §. signanter cor. R. P. D. meo Muso.*

Abique eo, quod in sensu contrarie decisionis fuit §. Actor namque, vocatio Francisci argui valeat ex eo, quod Julius in vitaverit in eius Testamento filios, & descendentes masculos Policarpi, & Hieronymi, sub quorum appellatione non solum veniunt masculi ex masculis, sed & masculi ex feminis, & per consequens Franciscus, qui per medium Lauræ, & Cecilie ab eisdem ortum ducit ad fideicommissum videri debet vocatus, ut reprobat contraria sententia originaliter a Riccardo de Palumber sequendo celebre consilium Fulgosi 85. n. 1. & 2. frequenter respondit Rot. & precipue cor. Bich. dec. 307. n. 13. & 14. cor. Priolo dec. 283. n. 5. & cor. Celf. dec. 141. num. 6. cum aliis in Romana fideicommissi 8. Martii proxime preteriti §. Data autem perpetuitate cor. Rev. D. meo Decano, & 28. Junii §. Quamobrem cor. eod. 3.

Quan-

Quandoquidem tamen si Julius in parte dispositiva vocaverit filios, & descendentes masculos, & sub nomine filiorum, & descendantium masculos ex feminis, ubi de contraria Testatoris mente minime appareat per ea, quae apposite ponderat Rota in rec. dec. 69. n. 27. p. 17. Attamen cum ipse in parte conditionali per verba relativa ut supra vocationem coarctaverit ad masculos ex masculis procreatos ibi - *Si vero contingat deficere omnes filios masculos heredes universales praedictos, & eorum prolem masculinam legitimam, & naturalem supra, tunc volo, quod succedant filii masculi praedicti Hieronymi filii mei*, aperte ergo suaderet in parte dispositiva sub nomine filiorum, & descendantium masculorum solum intelligere voluisse de filiis, & descendantibus masculis procreatis, & pro synonymo habuisse descendentes masculos, & prolem masculinam ortam ex masculis, nam masculi descendentes ex feminis non merentur nomen prolis masculinae eorum videlicet Bartholomaei, & Policarpi, nec prolis masculinae suorum heredum universalem, ut benèd rem perpendit Rota cor. Cerro dec. 630. n. 3. & 4. & in Bononien. successori 14. Junii 1686. §. Neque cor. bo. me. Benincasa, & egregie in d. Romana fideicommissi de Massolis 22. Martii 1694. §. Quo vero, & §. non obstante cor. R. P. D. meo Priolo.

Atque huic intellectui minime adversari visa est d. decisio proxima edita in Romana fideicommissi sub die 8. Martii ultimore preteriti §. Haud resistere cor. R. P. D. meo Decano: Si enim utrumque, casum comparemus liquido patebit praesenti hypothese esse inapplicabile; In hujusce enim decisionis casu, ut ibi expressè Rota declarat plurima concurrant argumenta, ex quibus eruebatur Testatorum vocando filios masculos Catharinae, non intellexisse de solis filii primi gradus immediate ab ea descendentes, sed sub eorum nomine comprehendere voluisse ultiores masculos etiam ex feminis procreatos, dummodo descenderent a Catharina juxta proprietatem fideicommissi, quae ubi deficit eorum agnationis, aut desideratur verba restrictionem ad Agnatos importancia solet ad perpetuitatem tantummodo ordinari, ac longè profecto se res habet in subjecta facti specie, in qua habemus verba restrictiva ad masculos ex masculis, ulterius nedum ex dispositionis contextu deprehendi valet ulla conjectura extensionem ad masculos ex feminis operans, sed potius ad eorumdem exclusionem militans in oppositum plures conjecturae inferri recentiss.

Posita autem expressa vocatione prolis masculinae per masculum procreate superfluum esse existimantur Domini agnati quoniam illam ab Informantibus in abstracto agitamus. An sub nomine prolis masculinae veniant solum masculi ex masculis, vel etiam masculi ex feminis affirmativè ex una verbum Proles esse synonymum cum verbo generationis ad notata per Aetolin. resol. 15. n. 24. & seq. de Luca de linea legali par. 1. art. 21. num. 23. vers. sic etiam, Manf. consulti. 351. nu. 16. cum duobus seqq. & exinde inferentibus, quod quemadmodum appellatione generationis masculinae non admittuntur masculi ex feminis, ex quo ipsi non sunt generatio masculina, led feminina, ut potè generati a femina, ut observant Menoch. conf. 205. num. 37. & conf. 883. n. 14. Peregr. de fideicom. art. 22. nu. 28. Simon. de Praec. de interp. ult. volunt. lib. 3. interp. 3. dub. 1. Grat. discept. 925. num. 2. & seqq. per tot. late de Luca ad eundem n. 4. & seqq. Rot. cor. Merlin. dec. 240. num. 4. cor. Burat. dec. 272. n. 3. & in rec. 311. n. 3. & pluribus seqq. par. 11. Ita quoque sub nomine prolis masculinae comprehendantur tantum masculi ex masculis ex firmatis per Aetolin. alioque superius citatos.

Econtra verò comprobare fatigentibus verbum proles secundum suam germanam intelligentiam praedicari de omni descendente, aptumque esse ad comprehendendum masculos aequè, ac feminas, ex quo pariter cum omnibus iis, qui veniunt sub nomine descendantium liberorum, & Progeniti ad Text. in l. Auctus 20. C. de Agric. lib. 11. Bald. conf. 321. sub n. 1. vers. Et quod appellatione lib. 3. cap. 4. n. 9. Peregr. de fidei. art. 22. n. 21. Fular. de subst. q. 336. n. 1. & 4. Knapichil. de fidei. c. 1. n. 84. Torres de Primog. Ital. p. 11. c. 33. n. 263. Boer. dec. 356. n. 1. Rot. cor. Cavalier. dec. 121. n. 3. & in rec. dec. 270. n. 2. p. 4. tom. 2. Quapropter fieri adjecta qualitate masculinitatis verb. descendantia, & similitum, illud congruit tam masculis ex masculis quam etiam masculis ex feminis ex famigerato cons. Fulgosi ita pariter verbum Proles cum addito masculinae non debet restringi ad solos masculos ex masculis.

Decis. ad Theatr. de Luca. Vol. II.

Haud relevantibus contrariis autoritatibus, quae dumtaxat locum obtinere possent, quoties nimirum versaremur in contractu emphyteutico, in quo de jure strictam faciendam esse interpretationem monet Card. de Luca de emphy. disc. 13. sub n. 5. vers. Es fortius Rot. dec. 663. n. 6. par. 4. to. 3. & dec. 34. n. 3. p. 18. Iteus autem in ultimis voluntatibus, in quibus largior, ac benignior interpretatio fieri debet, ut advertit Card. de Luca de fideicommissi. disc. 137. sub n. 7. & disc. 172. n. 5. & dixit Rot. dec. 130. nu. 18. p. 13. vel si ageretur de excludendis feminis, quae non includuntur sub nomine prolis masculinae, vel denique ubi prolis masculinae nomen paricaretur cum altero generationis masculinae; sumendo generationem masculinam passivè pro iis, qui sunt generati, non autem si absolute sumatur, ea ratione, quia generatio cum involvat generantem, & generatum ad Text. in l. fil. famil. ibique Gloss. ff. de Testam. & §. Testamenti autem actionem instit. hered. de re qual. & differenc. Card. de Luca de emphy. disc. 13. n. 2. & seq. Alter de Luca ad Grat. discept. 295. num. 3. & Rot. in rec. dec. 312. n. 2. p. 11. ut dici possit generatio masculina requiritur, quod tam generans, quam generatus sit masculus.

Superfluum inquam putatur Domini quaestione praefatam a sumere, nam his omnibus etiam admixtis, & eo praesertim quod prolis masculina veritatem solum de generato masculo, ita ut non sit attendenda qualitas generantis, nihilominus removeri visa est difficultas ex praenotata superius facti circumstantia, scilicet quod cum Testator expressè voluerit prolem masculinam suorum filiorum efficitur idè, ut censeri debeat voluisse prolem masculinam ortam ex filio masculo, adeoque tam generatum, quam generantem qualitate masculina polleat, ut probant autoritates adductae §. Quamodoquidem.

Potissimum verò cumulatè tot tantisque circumstantiis ex visceribus dispositionis depremissis, illa quippe favore masculorum legitur ordinata cum digressu ad plures substitutionum gradus assidue in omnibus repetita qualitate masculinitatis exclusis cum propriis filiabus, illegitimisque quocumque titulo legitimatis, tum Religiosis personis, ac fisco strictissime desuper prohibita alienatione adjecta ratione, ut bona in familia conservarentur, ibi - *Et hoc factio, ut bona permanant in familia* quae quidem omnia infirmul juncta, ut fieri debet; nedum praedilectionem masculini sexus praeserentur, verum quoque ad agnationis conservationem directam censentur, Rodolphin. alleg. 78. n. 8. Rota dec. 95. n. 8. & seqq. p. 11. dec. 279. n. 13. & seq. p. 15. dec. 69. n. 17. & seqq. & dec. 381. n. 19. & seq. p. 17. dec. 27. n. 6. & seq. par. 18. dec. 410. nu. 26. & seqq. par. 19. & in Aulculana Fideicommissi. 29. Maii 1693. §. Sed quatenus coram R. P. D. meo Caprara, ponderando praesertim rationem dispositivam conservandi bona in familia, quod vultum juncta adeo frequenter repetita masculorum vocatione, feminarum, ac descendantium ab eis perpetuam exclusionem inducitur, ut per Carem resol. 233. n. 1. Rodolph. alleg. 179. ex n. 7. usque ad 12. Rota dec. 27. n. 6. & 7. & dec. 185. n. 3. cum seq. p. 18. & in dict. Romana, seu Fideicommissi prima Julii 1682. §. Scilicet justificari, & §. Aprilis 1682. §. Porro coram Reverendiss. Hervault, & §. Martii 1682. §. Non minus valida coram bon. mem. Roldano, & in Bononien. fideicommissi de Ghislerii 22. Junii 1686. §. Agnationis autem coram bon. mem. Benincasa.

Quibus omnibus in nihilo contrariantur verba illa dispositionis Testamentariae in l. in familia, & substituis praedictis, & eorum quolibet, quae tantum abest, ut officium quin potius mirifice ad intentum videtur facere: Quoniam cum Testator nedum vocaverit familiam suam ex tot Agnatorum lineis efformatam, verum etiam postea admiserit filios primogenitos Annae, & Amabilis mediata Copula Et, quae posita inter duos diversitatem Copulatorum designat, ut tradit Rocc. disp. Jur. select. c. 76. nu. 37. ex hoc inferitur, quod patefacere voluit sub familiae nomen de Jure Codicis Agnatos, & Cognatos comprehendente, ut probat prior Causae decisio, §. Nec pariter, Agnatos tantum se comprehendisse, & nonnisi iis extinctis bona ad filios Annae, & Amabilis, quos pariter in vita verat esse deferenda, quinimò ex hujusmodi discretivo loquendi modo ad arguendam diverulam Testatoris voluntatem approbè efficaciter ex Text. in Luvica §. Sui autem ad deficientes C. de caduc. tollen. observ. Rota cor. Priolo dec. 228. num. ... & in dicta Romana Fideicommissi de Massolis 14. Julii 1694. §. Non relevante coram R. P. D. meo Priolo, clarius etiam comprobatur illius

C 4 men-



mentem fuisse fideicommissum pro solis masculi ex masculis condere, nam ubi voluit masculos ex feminis non solum illos aperte vocare non omisit, sed etiam eosdem admittit cum qualitate primogenitura, que cum delatione armorum & omni aliumque cognoscendum secundum aliquos seculum ferat, ut per Fontanell. cognosc. secunda. n. 13. & 53. Acto. lin. refol. 99. n. 8. & 9. et una ex conjecturis convincenti- bus Testatorem habuisse in animo conservationem Agnatio- nis, Rodolphin. citata alleg. 78. n. 9. de Philippis dissent. ff. cal. 37. n. 99. & seq. Roc. scilicet. Jur. e. 2. n. 36. Torr. de primog. 10. 1. c. 41. §. 7. n. 74. Rot. dec. 23. n. 22. & seq. p. 11. dec. 414. n. 13. vers. 2. ff. p. 12. dec. 269. num. 13. p. 15. rec. & in Rom. fideicommissi de Albertinis 24. Martii 1689. §. contemplatio autem cor. 60. me. Guaxardo.

Alias enim contra veritatem Testatoris mentem, que in fideicommissis totum faciat, ut inquit Rodol. allegat. 68. n. 3. & seq. alleg. in 4. n. 2. Torr. de primog. 10. 1. c. 41. §. 7. n. 70. Rot. dec. 269. n. 4. & seq. p. 15. & dec. 60. n. 8. & seq. p. 17. & dec. 27. n. 4. p. 18. masculi proximiores prae- lecti remanerent excludi, & quod plus est ipsius Testa- toris filii excluderentur a descendentiis de aliena familia quod seclusa eisdem Testantis expressa voluntate aliunde elicita, quam a vocatione masculorum, & descendendum, nullatenus potest admitti, ut in his terminis ponderant Pe- regr. de fideic. art. 26. n. 18. Fular. de subst. g. 46. n. 7. Circa finem, vers. Hanc tenet, melius Larreus dec. Granat. 34. n. 15. in med. Palm. Nepos allegat. 221. n. 53. §. Reflat. nunc, & firmavit Rota in rec. dec. 369. n. 31. p. 13. & dec. 69. n. 22. §. Et alias, & n. 2. & seq. p. 17. & cor. Cerro dec. 103. n. 29. quamvis sane masculi ex feminis admitti vellent defe- ctis omnibus masculis; quia cum eorum vocatio defun- ctis contendat solum ex eo, quod fuerint vocati descen- dentes masculi, & proles masculina fuerit posita in con- ditione, sedes utique preterite vocationis eorum ibi tantum valet constitui, nam extinctis omnibus masculis ex mas- culo solum vocati leguntur masculi ex filiabus Anna, & Amabilia, quibus defectis expiravit fideicommissum, & bona penes ultimum gravatum libertatem acquisiverunt, & idecirco per eundem in extraneam Jure donationis titulo potuerunt transferri, ut superius probatum fuit, & respon- dit Rota dec. 410. n. 50. vers. Quod si dicatur p. 19. & in lau- data Narrien. Fideicom. de Capisombibus 9. Martii 1695. §. Quo vero circa finem cor. R. P. D. meo Muto.

Et ita auditis Donatario Antonii, ejusque Creditoribus; sub die contraria decisionis non informantibus resolutum fuit.

R. P. D. P I O.

Romana Fideicommissi de Morinis.

Luna 27. Januarii 1698.

ARGUMENTUM.

Pro excludione Masculorum ex femina approbantur fun- damenta quae in superius relata decisione dignoscuntur.

SUMMARIUM.

- 1 Appellatione filiorum & descendentium masculorum equo veniunt masculi descendentes ex masculis ac masculi ex feminis procreati.
2 In parte conditionali intelligi debent repetitae personae de quibus loquitur pars dispositiva.
3 Fulgosi. conf. 185. explicatur.
4 Ad indagandum fideicommissi mentem totus disposi- tionis contextus perpendi debet.
5 Masculi ex feminis veniunt appellatione descendentium masculorum si fideicommissum aliter sensisse non appa- reat.
6 Qualitas fideicommissi agnatiui demonstrat Testatorem noluisse masculos ex feminis comprehendere.
7 Prout etiam Testator filios masculos ex masculis in con- ditione posuit.
8 Vera expositio conf. 185. Fulgosi traditur.
9 Conf. 185. Fulg. non admittitur quidam qualitas masculini- tatis requiritur tam in Generato quam in Generato.
10 Masculi ex feminis non veniunt appellatione Masculo- rum si Testator exclusit feminis veluti quod Masculi in portione solius Parentis succedant.

- 11 Nec pariter veniunt si datur absurdum quod Masculi ex feminis excluderent masculos ex masculis & ipsius Testatoris filios.
12 Hujusmodi absurdum non urgeret si illud voluisse Testato- rem clare appareret.
13 Bona obnoxia fideicommissi masculino remanent libera per obitum ultimi Masculi, etiam ad exclusionem mas- culi ex feminis si illius vocatio desum non valeat.

DECISIO XVIII.

Defensores Francisci Lazzarini descendentes ex duplici iugina a Julio Morono fideicommittente obtinendo recessum a decisione cor. me ultimo loco emanata sub die 10. Maii superioris anni revocatoria alterius; quae prodit sub die 8. Julii 1696. nedum repetebat ea omnia, quae fusa fuerunt rejecta in dicta postrema decisione, & potissimum, quod cum Testator in parte dispositiva vocaverit filios, & descendentes masculos, appellatione quorum aequo veniunt masculi descendentes ex masculis, ac masculi ex femi- nis procreati juxta Theoricam a Fulgoso traditam conf. 85. eisdem censatur etiam vocati in parte conditionali, eo quia in illa intelligi debent repetitae eadem personae, de quibus loquitur pars dispositiva ad tradita per Ventur. conf. 25. n. 73. Gabriel. conf. 116. n. 32. vers. Et descendentes, & seq. Palm. Nepos alleg. 336. n. 13. alleg. 227. n. 15. & alleg. 230. n. 10. & 11. tom. 3. Rodolphin. alleg. 34. n. 10. & seq. Rot. cor. Privil. dec. 205. n. 9. & in rec. dec. 269. n. 27. p. 15. & dec. 207. n. 4. par. 16.

Verum etiam directe impugnando primum decisionis fundamentum dicebant partem conditionalem esse com- prehensivam masculorum ex feminis descendendum, refe- rentes nomen eorum, non tantum ad filios masculos pri- morum haereditum infirmorum, adeoque ad Prolem masculinam proliscentiam ab haereditibus masculis, sed etiam ad totam descendentiam masculinam, etiam ex feminis procrea- tam, & in his terminis addebant consilium Fulgosi. in pre- cit. conf. 185. cum ibi Testator instituit haereditibus Bartholomaeo germano fratre, ejusque filii, & descendentiis mas- culis subdiderit, ita quod haereditas deveniat post mortem ipsorum omnium haereditum, solum in eorum descendentes mas- culos, & tamen ex communi DD. calculo, & nostri Tri- bunalis sententia non obstante praefata dictione eorum recepim esse fuisse ibi comprehensam tam masculos ex mas- culis, quam masculos ex feminis; sed his non obstantibus DD. non dubitant persistere in resolutis.

Etenim admissio, quod pars conditionalis sit comprehen- siva arundem personarum in dispositiva contentarum, ad hac in hypothese casus nostri tota difficultas versatur in designandis personis in dispositiva vocatis; Nam quamvis Testator vocando descendentes masculos admisisse videa- tur etiam masculos ex feminis; hujusmodi tamen intelle- ctus eatenus est recipiendus, quatenus ex reliquo dispositio- nis contextu, qui totus ad indagandum fideicommissi mentem perpendi debet ad Text. in l. accumsi. 75. ff. de leg. 3. l. Mevia 44. ff. de manumiss. Test. fideicommissentem aliter sensisse minime appareat, & distinguendo probat pos- tremam decisio Causae §. Quandoquidem.

Hec autem contraria Testatoris voluntas ultra, quod fuf- ficenter eruitur a qualitate fideicommissi agnatiui per ip- sum conditi, prout satis superque praesertim videtur saltem in simili junctae tot, tantaque urgentissimae consueverunt, ut in d. mea dec. sub §. Porriusum vero, & seq. cumulate, & demonstratur ulterius ex verbis exaratis in parte condi- tionali cum relatione ad dispositivam vigore dictionis, ut se- pra conceptis ibi: Si vero contingat deficere omnes filios mas- culos haereditas universalis praedictos, & eorum prolem mas- culinam legitimam, & naturalem, ut supra, tunc volo, quod succe- dant filii masculi praefati Hieronymi filii mei, ex his enim pat- tet vocationem fuisse coactam ad masculos ex masculis utpote quia solum fuerunt positi in conditione, & conse- quenter vocati ex Statuto Urbis lib. 1. c. 142. filii masculi, & eorum proles masculina; adeoque Proles masculina ge- nerata ab haereditibus masculis, ut optime Rota coram Cerro dec. 630. n. 3. & 4. cum aliis congestis in secunda Causa dec. §. Quandoquidem, & novissime recedendo a decisio cor. Re- verendiss. Decano respondit Roc. in Romana Fideicom. sub die 10. currentis mensis cor. R. P. D. meo Langetta.

Sicuti igitur subsistere nequit prima pars objecti, quod sub nomine Proles masculinae eorum vocati dicantur, etiam descendentes masculi ex intermediis feminis, quia cum Julius

R. P. D. LANGETTA.

Romana Fideicommissi.

Ven. 10. Januarii 1698.

ARGUMENTUM.

Masculi ex femina successione fideicommissi ordinati pro masculis ex masculis praetendere nequeunt licet contemplata non fuerit agnatio & fideicommissum in- stitutum existerit a femina, pluraque alia in decisione traduntur pro excludione nepotum a substitutione facta pro filiis.

SUMMARIUM.

- 1 IN fideicommissi ordinato pro masculis ex masculo non veniunt masculi ex feminis, & n. 2.
2 Appellatione filiorum non veniunt nisi filii primi gradus, si adhi dictio ejus.
3 Appellatione filiorum non veniunt Nepotes, si subsequen- ter Testator vocaverit filios filiorum.
4 Testator si filios tantum primi gradus in conditione posue- rit, censetur illos solummodo in parte dispositiva vo- casse.
5 Appellatione filiorum nasciturorum non veniunt Nepotes, & ultiores Descendentes, si reperiatur dictio ejus.
6 Filii cum qualitate masculinitatis vocati, censentur sub eadem qualitate in conditione positi.
7 Ad vitandum absurdum omni capienda est interpreta- tio, etiam si proprio, & literali verborum Significatu sit recedendum.
8 Masculi ex feminis non censentur vocati licet Agnatio contemplata non sit, dummodo habita fuerit ratio mas- culinitatis pro masculis in generate, ac generato.
9 Fideicommissa agnatiua, & masculina quae descendunt a femina, non sunt nisi, quod instituantur.
10 Et in eis appellatione masculorum ex masculis non veniunt masculi ex sequentibus feminis procreati.
11 Substitutio femininarum in defectu masculorum non ex- cludit contemplationem agnationis, donec masculi re- periantur.

DECISIO XIX.

Petrus Antonius Janutius masculina prole destitutus universalem heredem instituit Catharinam unicam fi- liam cui (sunt verba Testamenti) in perpetuum vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum succedere debeant ejus filii masculi legitimi, & naturales nati, & nascituri, eisdemque fi- lios, & filiorum masculos natos, & nascituros in infinitum ad irrevocem, & vicissim substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum, & in eventum in quo dicti masculi nati, & nascituri ex dicta Catharina haereditas universalis decederent sine filii legitimi, & naturalibus non autem legitimis per rescri- ptum Principis, vel alterius auctoritatem habentis, vel non nascantur, tunc, & eo casu succedant filiae feminae vulgariter pupillariter, & per fideicommissum ut supra.

Defuncta Catharina hereditatem aequaliter inter se fe- diverunt duo ejus filii masculi, Hercules nempe, & Eu- genius. Portio istius delata fuit ad Gaudentium filium, & deinde ad Crescentium Nepotem; illius vero ad Petrum An- tonium ejusdem Herculis filium, qui anno 1694. Mortuo Caesare absque filiis possessionem medietatis bonorum ab illo detentae apprehendit, ac successores citatis fratribus de Georgeis à Livia Eugenia filia descendentiis, mandatum de manutenendo ab A. C. Thomato reportavit, una cum sententia declarante fideicommissum favore filii ipsius tam- quam masculi ex masculo filio purificatum: Cum autem pendente appellationis causa in nostro auditorio Petrus Antonius decesserit, ac Bonorum possessionem naute suc- rint Paula, & Catharina illius sorores, litrem idcirco pro- sequente succubuerunt mediante contraria sententia per Reverendissimum D. meum Decanum praevis geminis de- cisionibus lata, eisdem fratribus de Georgeis Immissionem concedente, ut a commissa mihi appellatione, Dubium hodie propositum An Sententia Rotalis sit confirmanda, vel infir- manda, & responsum habui pro infirmatione.

Censentur enim DD., Testatorem ordinasse fideicom- missum.

Julius adjecerit verba illa, & eorum proles, immediate post- eam posuerat in conditione filios masculos, quos scripse- rat haereditas universales, ibi: Et si contingat deficere omnes filios masculos haereditas universalis praedictos, & hi essent so- lii Bartholomaeus, Policarpus, aliique filii masculi nasci- turi ex eodem fideicommissante, cum ceteri descendentes nomen haereditum universalem nullatenus mereantur, uti- que vocando eorum Prolem de aliis intelligere non poterat, quam de filiis masculis genitis a masculis, quales erant Bartholomaeus, & Policarpus haereditas universales.

Ita etiam corruere visa fuit altera pars de prompta a pa- ritate casus per Fulgosum expositi, ibi enim Testator institue- rat haereditem Bartholomaeum, & eisdem Bartholomaei filios descendentes masculos, quorum appellatione juxta firmata per eundem Fulgosum comprehendebantur Nepotes, & Pronepotes etiam ex feminis procreati, ac proinde obitare non poterat quod postea subdiderat alia verba, ibi: Ita quod haereditas deveniat post mortem ipsorum omnium haereditum in eorum descendentes masculos; Nam cum dictio eorum referri minime posset ad solos masculos ex masculis, comprehensum proinde remanebant masculi ex feminis: In casu autem nostro recentia dictio eorum afficit tantum alios primi gradus haereditas universales excludit, qui erant mas- culi ex masculis; Ideoque D. Doctoris doctrina inapplicabilis remanet, cum non admittatur quod qualitas mas- culinitatis requiritur tam in generate, quam in generate, ut bene perpendit Rot. in Bonon. success. 28. Junii 1697. cor. Reverendiss. Heronali, & sequendo postreman decisionem hujus Causae in Romana Fideicom. 10. currentis mensis cor. R. P. D. meo Langetta, & sub eadem die in Amerina Fidei- com. §. Quae exclusio cor. R. P. D. meo Muto.

Præterquam, quod ponderabant ulterius DD. ex alio du- plici capite Fulgosi sententiam, hic quoque non posse, pri- mum scilicet, quia Testator ordinavit pluribus substitutio- num gradibus, in quibus perpetuo exclusit feminis Prolem masculinam posuit in conditione, expressè mandavit, ut omnes in sola portione solii Parentis succederent, ibi: Ita quod omnes una portione fruantur loco sui Parentis, & ac pro- inde data feminarum excludione cum Parentis nomine Mater venire nequeat necesse requiritur sub nomine ascendendum masculorum solos masculos ex generate masculo fuisse comprehensos, ut in similibus arguit Cyr. contr. for. c. 628. n. 49. & 50.

Alterum vero quia admissis masculis ex feminis exclu- derentur masculi ex masculis alterius lineae, immo ipsius- met Testatoris filii, & masculis penitus testantis, quod ni- mis sanè alienum videtur ab intentione testantis, & pro- pterea seclusa illius voluntate nullatenus concedendum, quamvis vocaverit descendentes masculos, ut advertunt Gabriel. conf. 176. sub n. 36. in fine, & 7. n. seq. Card. de Luc. de fideicom. disc. 24. n. 15. Rota in rec. dec. 269. n. 31. p. 15. & dec. 69. n. 22. §. Et alias, & n. 3. & seq. p. 17. rec.

Nec contraria Testatoris mens argui potest videbatur ex eo, quod ipse Hieronymum filium excluderit, & nihilomi- nus defectis lineis Bartholomaei, & Policarpi, ac non ex- tantibus filiis masculis ejusdem Hieronymi substituerit mas- culos primogenitos ex filiabus feminis Annae, & Amabiliae; Nam respondebatur absurdum non esse, quod mascu- li ex feminis excluderent filios masculos Testatoris alte- rius lineae, ubi de illius mente apparuerit, fecus vero ubi probata non fuerit ejusdem expressa voluntas; Ideoque cum Julius præter Hieronymum neminem alium exclu- derit, immo defectis aliis haereditibus universalibus instituit, & eorum filios vocaverit etiam Joannem, & Antonium, quamvis in statu Clericali existentibus, omnino dicendum venit filios masculos ex masculis unius lineae semper ad- mitti debere exclusis masculis ex feminis alterius lineae, qui expressè vocati non fuerunt, & per consequens defe- ctis omnibus masculis ex masculis immisso deberetur so- lum primogenitis Annae, & Amabiliae, utpote de eorum vocatione ducentibus, verum cum hi quoque deficiant bona libera penes ultimum masculum remanserunt, & per eundem in extraneos transferri poterant, ut concludit d. postrema mea decisio, cum qua etiam in reliquis DD. pertranfierunt.

Et ita &c. videntibus omnibus DD. utraque Parte in- formante responsum fuit &c.



missum masculinum favore masculinorum ex masculis descendendum ad Catharina prima herede instituta, eisdemque masculis deficientibus vocasse feminas adeo ut cum Georgie non poleant qualitate masculinitatis ex masculo nequeant ad fideicommissum aspirare, ut limitando celebre Fugosii Consilium 8. originaliter docuit Castren. in l. 1. n. 2. C. de Conditi. insert. de fideicommiss. art. 26. n. 18. Rot. dec. 378. n. 3. par. 13. & nuper recedendo a priori decisione suffragantibus omnibus DD. in Romana fideicommissi de Moronis 10. Maii 1697. §. Quandoquidem coram R. P. D. meo Pio.

Hujusmodi vero Testatoris voluntatem desumebant ex quo ille respectu filiorum Catharinae, & sic generantium citra dubium requisivit qualitate masculinam per verba succedere debeant ejus filii masculi -- respectu vero generatorum idem voluisse declaravit ex verbis immediate subsequentibus -- Eisdemque filios, & filios filiorum masculos in infinitum ad invicem, & vicissim substituit -- quapropter sicut qualitas illa masculinitatis reductivae considerata non verificatur in Georgeris descendentes ex femina, ita dici nequit eorum favore aperta successio, ut praeter autoritates supra relatas probat Castill. contr. Jur. lib. 3. cap. 29. n. 23. & seq. Rodolphin. alleg. 174. n. 20. Rot. coram Cerro dec. 630. n. 4. coram Priol. dec. 205. n. 2. in rec. dec. 199. n. 16. & dec. 304. n. 5. par. 19.

Nec ad excludendam hujusmodi continuatam masculinitatis rationem quidquam relevat quod Testator vocando filios masculos filiorum non adiecit istorum respectu, qualitate masculinitatis, prout facere potuisset dicendo filios masculos filiorum masculorum, ideoque respectu generantium qualitas masculinitatis omnissa censetur, ut innotuit prima Decisio Reverendissimi D. mei Decani edita 8. Martii anni proxime praeteriti sub §. seq. ex praemissis.

Quippe corruit obiectum ponderando quod Testator vocando filios Catharinae adiecit Dictionem Ejus ibi succedere debeant ejus filii masculi quorum appellacione veniunt non poterant ulterius descendentes, sed solum filii primi gradus tum attente natura praefata dictionis personalissime, & causam immediatam designantis iuxta firmata per Gratian. discept. foren. cap. 765. n. 8. & 9. Rot. dec. 507. n. 9. & dec. 667. n. 6. p. 2. dec. 378. n. 1. p. 13. & d. 262. n. 7. par. 17. rec. Tum ex quo Testator infra substituit etiam filios filiorum ita indicando non habuisse pro Synonymis filios, ac Nepotes ex Theorica Bart. in l. liberorum sub n. 4. vers. primo Casu. ff. de verb. significat. Decian. cons. 94. n. 4. lib. 5. Soccin. Sen. cons. 73. n. 21. vers. nam Testator lib. 4. Rot. dec. 378. n. 12. par. 14. & dicta dec. 199. n. 13. cum seq. & dicta dec. 304. n. 6. p. 15. Tum demum quia in parte conditionali vocando feminas dixit: Et in eventum in quo dicti masculi nati, & nascuntur ex dicta Catharina herede etc. decederent sine filijs masculis etc. succedant, & succedere debeant filiae feminae -- per quae verba ex dicta Catharina sicut in conditione posuit solum filios primi gradus ut in his terminis firmavit Rot. dicta dec. 304. n. 8. cum duob. seq. par. n. 19. rec. ita licet arguere quod in parte definitiva de illis dumtaxat intellexerit, ut respondit Rot. in dicta Romana fideicommissi de Moronis, 10. Maii 1697. §. quandoquidem coram R. P. D. meo Pio.

Non attenda repositione quod fuerit substituit etiam filii nascuntur, & sic Nepotes, & ulterius descendentes, quia positis verbis restrictivis ejus etc. ex dicta Catharina vocatione nascuntur nisi alio importat quam substitutionem quoque illorum, qui post conditum Testamentum ex Catharina orti fuissent, ut in specie respondit Rot. dicta dec. 262. n. 9. & 17. rec.

Atque hinc dum posita Testator: Eisdemque filios, & filios filiorum masculorum -- substituit utique sub dicto verbo filiorum de aliis intelligere non potuit quam de filijs immediatis Catharinae, quod sicut necesse sub expressa qualitate masculinitatis superius vocaverat, sub eadem etiam qualitate censetur in substitutione posuisse, in puncto Rot. coram Cerro dec. 630. n. 4. & in Romana fideicommissi de Albrechtis, 3. Decembris, 1696. §. purificatio vero coram R. P. D. meo Scotto confirmata, 14. Junii 1697. §. absque & quod coram R. P. D. meo Mus.

Fortius quia illa verba Eisdemque filios, ac alia filiorum referenda non essent ad solos filios Catharinae, quorum respectu Testator Masculinitatem expresse requisivit compleretent etiam filias feminas tamquam destituta adjectivo masculinitatis. Et tamen illa prudens Testator a masculinis separavit vocando ibi: in eventum in quo ad. masculi nati,

Et nascuntur ex dicta Catharina herede decederent, ita ut certum sit quod femine sub dicto verbo filiorum inclusa non essent, ne alias sequeretur, absurdum quod essent sibi met ipsis substituta, & ad quod vitandum omnem capendam esse interpretationem etiam fi per proprio, & literaliter verborum significatu recedendum dixit Rot. in Bononia. fideicommissi de Benatis, 7. Martii, 1680. §. cum quae coram Reverendissimo D. meo Decano impress. apud Torr. de juris. d. 41. n. 5.

Præmissa vero non evitantur ex repositione quod non versemur in fideicommissio agnatiois, nec in concursu masculinorum ex masculis, sed potius in dispositione, quae incipit a filiaz feminae institutione, & in feminarum vocatione expirat, quibus stantibus verisimile omnino fit filiorum appellacione ex femina comprehendere.

Siquidem licet agnationis contemplatio ex masculinorum concursu facilius fudeant recessum in consilio Fulgosii, non inde sequitur quod illis deficientibus masculi ex feminis indistincte admittantur, quinimod ad eorum exclusionem fat est habitum fuisse rationem masculinitatis per masculos in Generante, ac Generato verificatur, optimè Rot. coram Priol. dec. 205. n. 11. in rec. dec. 84. n. 21. & 22. p. 5. & dec. 199. n. 6. & seq. p. 19. confir. dec. 304. n. 5. eadem par. 19. & admittit 1. dec. Rev. D. mei Decani, §. licet, vero, & 2. §. quomobrem.

Et tamen in praesenti agnationis contemplatio absolute non excluditur ex quo fideicommissum exordiat ad femina primo loco vocata cum novum in Jure non fit quod Testatores insistant fideicommissio agnativa, vel simpliciter masculina in familia, quae descendat ad femina herede instituta, ut praeter ceteris firmavit Rot. dec. 218. n. 9. par. 11. recen. quodque per consequens appellacione masculinorum ex masculis non veniant masculi ex sequentibus feminis procreati DD. consili. 69. n. 211. in fin. Rot. coram Coccin. in dec. 1654. n. 3. cum seq. & coram Cerro dicta dec. 630. n. 9. usque ad fin.

Prout etiam non excluditur ex feminarum substitutione in defectum masculinum cum posita continuata vocatione masculinorum rectè dicti possit inter illos donec superfuit agnatio contemplata, Gabr. dicta cons. 116. n. 12. & 13. lib. 2. Molin. de primogen. lib. 2. c. 5. n. 50. circa fin. Rot. coram Duran. dec. 126. n. 30. & in rec. dec. 18. n. 31. p. 10. & dec. 465. n. 22. p. 14.

Et ita utraque parte etc.

REVERENDISS. D. EMERIX DECANO.

Viterbien. seu Balneoregion. successioneis.

Lun. 21. Junii 1688.

ARGUMENTUM.

Descendentium appellacione venire feminas, & si istae proximiores sint Gravati excludere remotorem Masculinum testator Card. de Luca de fideicommissi Disurs. XXV. cum pluribus seqq. ampliatum autem regula licet in primis substituit Masculos Testatorem praedixisse apparet, cum qualitas Masculinitatis nequaquam censetur repetita etia plura concurrant quae notabiliter in decisione confutantur.

SUMMARIUM.

1. In fideicommissio ordinato favore descendentium Proximior succedit ad exclusionem remotioris.
2. Dicitur, ut supra, quando referatur ad ordinem, & modum succedendi non autem ad repetitionem qualitatis in procedendi substitutione apposita.
3. Si Testator id quod voluit in aliqua parte expresserit si in alia omiserit censetur in eo consulto omisisse.
4. Qualitas Masculinitatis non censetur repetita in substitutione concepta per orationem separatum de per se perfectam, & continentem vocationem gradus diversif.
5. In vim vulgaris anomolae in compendiosa contenta substitutus subingreditur in locum defuncti.
6. Testator si mandaverit attendi proximitatem respectu heredis, & substituti non admittitur subingressio in vim

vim vulgaris anomolae minusque Jus representationis. Verba, & gradus praeogrativa servari debeat, quando dicitur stare per modum regulae, & informato totam dispositionem.

8. Dispositio bonorum quando dicitur prohibita etiam in ipsos vocatos.

9. Quod nequit acquirere pater, minus acquirere possunt filii nisi heredes illius.

10. Perverti non potest ordo successioneis in Testatore praescriptis.

11. Renunciatio abdicativa seu extinctiva quae sapit naturam refutationis non comprehenditur sub prohibitione alienationis.

12. Renunciatio quando non dicitur merè extinctiva licet comprehendat Jus descendendum.

13. Ad bona renunciata amplius non dantur regressus.

14. Jures potest loco Proximiori citari, & non comparatis aliquem deputare.

15. Non exigitur in citatione Proximiori specificatio contrarius, & loci in quo debet celebrari, sed sufficit expressio substantiae.

16. Idque est de solo Civitate Viterbii.

17. Super solo adhibetur fidelis attestacioni Curialium, & Notariorum si agatur de ordinariis, scilicet si de decisoriis.

18. Infinitum non exigitur in renunciacione corresponsiva ad datem.

19. Infinitum praesumitur per lapsum temporis cum observantia.

20. Suspectio metus ex quibus excludatur.

21. Statutum Viterbii auget Legitimum filiorum, & filiarum ad novem ex decem unius successioneis matris, declaratur n. 23.

22. Statutum excludens feminas dotatas propter Masculos censetur voluisse illas excludere etiam ad legitima.

DECISIO XX.

Defuncto sine Testamento Comite Antonio Francisco de Balleonibus cum duplici genere bonorum, aliorum nempe subdirectorum fideicommissi Avito Alberti Balleonii, & reliquorum ad illum plene spectantium apprehenderunt eorum possessionem tam Comitissa Dorothea Eleonora Marciana Soderina foror amittita defuncti, quam Comes Raynutius, & Fratres de Marciano ex Laurentio Fratre Amittino Nepotes. Quapropter orta controversia, eaquae delata ad Tribunal A.C. & super eadem Comissione signata manu Sanctissimi, ut Juxta ab eo deputata procederet de voto Rote, dedi de consensu Partium Dubium. An, & de cuius bono Jure constet, & jam ad effectum mantentionis, ad quod in hodierna secunda Cause propositione responsum fuit consistere de bono Jure Comitissae Dorotheae Eleonorae, quoad proprietatem bonorum fideicommissarium Alberti, & de bono Jure Co. Raynutii, ac Fratrum, quoad bona libera Antonii Francisci, et in reliquis iterum proponatur.

Ratio resolutionis primae partis fundata fuit in litterali dispositione Alberti Testatoris, qui instituit hereditibus univocis salubus duobus filiis Federico, & Petro aequali portione, substituit omnes filios, & descendentes Masculos in perpetuum de descendentem in descendentem vulgariter, compendiose, & per fideicommissum exclusivis feminis, eorumque descendentes, quos existentibus masculis mandavit in subsidium dotari ex fructibus bonorum stabilium non autem ex illorum proprietate, & deficiente linea Masculina omnium supraddictorum substituit, & succedere voluit in omnibus bonis filias feminas ex supraddictis, vel aliquos supraddictorum descendentes in perpetuum, & in infinitum pro aequali portione, ut supra de Masculis dictum fuit, adjecta declaratione, ut in omnibus locis, & capitibus Testamenti, in quibus fit mentio de proximioribus intelligi debeat proximioribus respectu heredis, vel substituti, non autem ipsius Testatoris, & semper gradus praerogativa servari debeat. Unde cum nuper per obitum Antonii Francisci defecit totaliter linea Masculina factus est locus vocationi descendentium ex feminis supraddictorum Masculinorum, & purificata substitutio favore Co. Dorotheae Eleonorae in defectum Confanguinitatis gradu conjunctae Antonio Francisco ultimo defuncto exclusis Co. Raynutio, & Fratribus de Marcianis tanquam remotioribus in graduado tradita per Velam dissert. 9. num. 103. & seqq. Castill. contr.

Jur. lib. 5. cap. 30. num. 7. Carol. Ant. de Luca de linea legal. parte 1. art. 10. num. 26. §. sed contrarium, Barz. decisio. Bonon. n. 4. Rota, coram Coccin. decis. 1449. nu. 7.

Nec est verum quod Testator vocando in secunda substitutione descendentes feminarum in perpetuum, in infinitum pro aequali portione prout supra de masculis dictum fuit, intellexerit per relationem ad praecedentem gradum substitutionis, in quo praetulit filios, & descendentes Masculos per lineam masculinam filiaz feminae, & descendentes ex eis, praertere etiam descendentes Masculos ex feminis descendentes feminae ex eisdem, adeoque Co. Raynutius, & fratres praerteri debeat Comitissae Dorotheae Eleonorae, quia dictio ut supra non importat repetitionem masculinitatis, ac illius praerlationis, sed dumtaxat repetitionem modi, & ordinis succedendi in infinitum, & pro aequali portione, ut supra de masculis ordinatum fuerat, ut in specie respondit Rota coram Priol. dec. 283. num. 5. & 6. coram Eminentijs. Card. Ottobononi dec. 252. n. 13. & 14. & coram Merlino dec. 83. n. 20. & dec. 864. n. 34. & rec. dec. 172. n. 2. & seq. par. 14. & in Romana, seu Cremonen. Hereditatis 15. Junii 1682. §. & milibulum in fine coram me.

Neque contrarium suadent plura argumenta, & conjecurae ex adverso adductae ad probandum repetitionem Masculinitatis, & praedilectionem sexus etiam in descendentes ex feminis, quia omnia concurrunt tum ex discretivo modo loquendi, quo usus est Testator in prima, & secunda substitutione, dum in prima, in qua vocavit filios, & descendentes masculos per lineam Masculinam, semper loquutus fuit verbis agnatiis, & cum explicita repetitione Masculinitatis: In decima vero in qua vocavit feminas, earumque descendentes usus est verbis communibus nulla facta repetitione masculinitatis, nullose adjecto ordine assumendi cognomen, & arma, adeo ut dicti debeat, quod ubi voluit expressit, ubi vero noluit consulto omisit, prout in specie argumentatur Joann. de Anan. cons. 22. n. 3. quem sequitur Rot. dec. 581. n. 7. p. 5. tom. 2. cum pluribus concord. ibi allegatis, & dec. 106. n. 5. p. 15. rec.

Tum etiam ex declaratione adiecta in fine Testamenti, quod ipse fecerat hanc suam dispositionem pro perpetua conservacione Bonorum in familia sua masculina legitima, & naturali, & in eius defectum in progenie, ac descendentes ex progenie feminina legitima, & naturali, & per ordinem supra dispositio, ex qua sicuti apparet Testatorem non respectivè ad conservacionem Agnationis, quando deficeret familia masculina, & feret transitus ad descendentes ex progenie feminina, ita nec etiam censetur respectivè qualitate masculinitatis in substitutione descendentium ex feminis concepta per orationem separatam de per se perfectam, & continentem vocationem gradus diversif ex traditis per Fular. de substit. quest. 403. nu. 12. Sess. decis. Aragan. 402. num. 4. Rot. Em. Card. Cerro decis. 96. num. 6.

Minus substituit quod Comes Raynutius, & Fratres Jure representationis, aut vigore vulgaris anomolae, contenta in compendiosa possint subingredi in locum & gradum Patris praemortui, adeoque e fici aequales Comitissae Dorotheae Eleonorae in gradu ultimo defuncti, & pro vitium insinual admitti ad successione ad tradita per Decian. cons. 1. n. 363. & cons. 29. n. 8. & seq. lib. 1. Altograd. cons. 65. per tot. lib. 1. Spada cons. 243. n. 1. & seq. lib. 3. Rovit. cons. 51. n. 2. & seq. lib. 1. Rot. coram Cels. dec. 88. num. 16. & seq. Quia Testator expresse mandavit attendi proximitatem respectu heredis substituti, non autem respectu sui, & semper succedi salva gradus praerogativa, & sic excludit subingressionem in locum, & gradum Patris praemortui, tam Jure representationis, quam etiam vigore vulgaris anomolae, ut in specie de Jure representationis tradunt Dec. cons. 408. nu. 12. & seq. Cravent. cons. 66. num. 5. Surd. cons. 15. & cons. 403. num. 56. Menoch. cons. 277. nu. 35. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 8. num. 16. Fular. de substit. quest. 370. & quest. 475. utrobique. num. 25. Robles. de present. lib. 3. cap. 7. num. 21. & cap. 10. & 11. per tot. Bonden. collud. legal. 41. a num. 94. usque ad fin. lib. 2. Burr. dec. Bonon. 93. nu. 23. Rota coram Priol. dec. 283. num. 16. & dec. 314. num. 2. & seq. & coram Em. D. Card. Cerro decis. 875. nu. 11. & dec. 896. num. 1. cum seqq. & signatur vulgaris anomolae, Bellon. Jun. cons. 61. num. 8. & seqq. Rot. in Retina fideicommissi coram bon. mem. Joanne Emerice Avunculo meo impressa in rec. d. cons. 305. nu. 5. & 6. par. 14.